



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

XV. Hippolytus Medices Card. Iacobo Sadoleto Episcopo Carpent. S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

XV.

HIPPOLYTUS MEDICES CARD. I A-  
*cobio Sadoleto Episcopo Carpeni. S. P. D.*

Si vilius inquam honeste rei, actionisve, incundissimum fru-  
 ctum mihi capere visus sum, hæc profectò ea est, de qua tu  
 mihi per literas gravissimè & copiosissimè superioribus diebus  
 gratulatus es. In quibus dandorum recipendorumq; beneficio-  
 rum adeò rationes omnes parefecisti, vt liberalis viri effigiem,  
 quam optatissimè postea acutissimèq; verbis exornares tuis, te  
 potius animo spectasse intelligam, quam quod de re tam tenui  
 es sentias, quæ à te in hanc sententiam scripta sunt. Facis tu id  
 quidem nature tuæ bonitate, vt si quid ab amicis rectè factum  
 audieris, continud id, qualecunq; sit, in cœlum laudibus effe-  
 ras neque laudes solùm, sed admiratione ac plausu etiam profe-  
 quere. Ego autem ad hanc quam informandam suscepisti libera-  
 litatis speciem, nihil adhuc (vt verum fatear) attuli præter exi-  
 gum quiddam vix inchoatum, ac planè rude. Quod tu, qui v-  
 bermis exercitationibus, grauiorum artium locupletissimis  
 præcibus, memoria nostra id affectus es, quod vel paucis anti-  
 quorum contigisse videmus: vestitu orationis adeò illustrasti, eò  
 vt me redigas, vt nonnihil exultationis accepisse tuo hoc præ-  
 clarissimo testimonio non negem. Est igitur cur Puelloni gratias  
 agam, cuius virtute ac probitate ea mihi de illo in animo opinio  
 validerit, vt de augenda hominis vtilitate & commodis ratio  
 tandem incunda fuerit; hocq; quasi æs alienum, quo illi in-  
 firmos meos gratias meæ gradus obstricti erant, dissoluendum. Ita fa-  
 ctum est, vt dum ab officio non discedimus, non solùm piè id fa-  
 ctum, & humanè homines interpretentur, sed aliqua ex parte  
 in societatem quoque illius præstantissimarum laudum mihi de-  
 clarandum putent. Quod quoniam abs te probari sentio, tuo  
 iudicio standum est. Itaque non pugnabo tecum, & omnia quæ  
 de me scribis, deque mea humanitate, liberalitate, beneficen-  
 tiaq; aduersus Puellonem eò pertinere arbitror, vt & tu quan-  
 tum illum facias, & quanti rursus à me fieri velis, hoc tuo illustri  
 testimonio testatum relinquo. Nam de superioris anni aduer-  
 sus spiritibus nostræ religionis hostes suscepta à nobis provin-  
 cia, nihil est quod tibi respondeam. In quo quidem ea mihi tri-  
 bus, quæ sine temeritatis nota vix possum agnoscere. Desiderio  
 certe peracti, ac studio flagranti ad ea tunc arma accessimus:  
 quæ si iterum nobis sumenda erunt, tantò Reipublicæ insignio-  
 rem operam nauare conabimur, quanto maiorem nobis corro-  
 borata in ætas, consilij maturitatem, & rerum usum attulit. Tu  
 vero

verò mi Sadolete, quem à nobis maximarum & grauissimarum artium studia, in quibus iam pridem magna cum laude versaris, abducunt, isto tuo sic fruere ocio, vt cum te preclarissimum ingenij monumentis ab omni posteritatis obliuione vindicaris, non nihil etiam memoriam nostri conseruandam parca le. Roma Idibus Iunij.

IACOBI SADOLETI EPISCOPI  
CARPENTORACTI EPISTOLARUM  
LIB. VIII. EPIST. I.

REGINALDVS POLVS IACOBO SADOLETO EPISCOPO CARPENTORACTI S. P. D.

**G**RATIAS tibi agam prius (ita enim rerum ordo mei officij ratio postulat, deinde ad mandata conuertar. Neq; verò illa solum nunc ad agendum gratias impellunt, que tu in me presentem officia exulisti: cum me domo atque hospitio honorifice hunc acciperes, cum animum meum, tui congressus cupidissime erudito illo & pleno grauitatis sermone retineres & plane patres: atque maximis de rebus querentem & hesitantem, non profus serupulo & dubitatione liberares. Que quidem que in mentem reuoco (reuoco autem sepius) quod de Platone cena dixit Timotheus: cum ab eo inuitatus esset, & eundem postero die vidisset, cenas Platonis non modò in presentia, sed in posterum quoque diem esse iucundas: idem ego multo pollixius de tuo hospitio dicere possum. Non modò in presentia fuisse iucundum, sed in aliquot menses iam fuisse, atque idem vt spero, in multos annos futurum. At verò cum à tua constantia, cuius ego suauitatem tum primùm quasi gustare ceperam, tam citò dirimi, ac tanto locorum intervallo disiangi, animo non moleste ferrem, cum nec mihi tum integrum esset altertere, rationibus meis sic ferentibus, & in hec loca penè trahentibus: ne huic quidem dolori meo resuisi. Inita enim à te non est, quemadmodum eo quo tantoperè delectabar, non solum que priuaret. Sed vt te etiam absens aliqua ex parte fruerer, & iuncto mihi eiusmodi itineris comite, qui te mihi quoties dedit, qui iucundissimos tuos, & grauissimos sermones intermissione referebat, nec sane in terram eam, quam ex constantia tua voluptatem cepi, villo pacto sinebat. Quis enim